









1739.

a. b.

1. ~~Urbinus~~, Dr. Henricus: *Collegii iureconsultorum ... decanus: ... ad Disertacionem inauguralem (Christophori Lippmanni Gentneri) iuris stat.*
2. *Bartinellius, Gebhardus Christianus: Ord. iuridici. ... Decanus: locorum generalium d. p. s. t. (ad Disertacionem in eny. Johannis Biderius Packbush iuris stat.)*
3. *Berger, Dr. Gottlieb, Se: De regibus iuris civilibus.*
4. *Bose, Georg Matth.: Acta Wittenbergensis Critico-physica.*
5. *Brodus, Henricus: De Cicrone, iuriarum lectione ac interpretate speciatione in suis dissertationibus.*
6. *Brueckner, Joannes: De lacte paullatice expectivae inferioris et superioris*
7. *Carponius, Fr. V. Benedicte: Refixa necessitate scabinorum in causa criminali, quae delegatur Commentariis Principis.*
8. *Grellius, Christph Luov: De sermone iuristico cum uero testamento faciendo causa 2 Regis*

9. Brellius, Christoph Lutro: Anand officia ter de testa  
mento transigatur non inspectis tabulis
10. Brellius, Christoph Lutro: De usfructu praerii valp  
tarii
11. Brellius, Christoph Lutro: Utram liberi actione quas  
calvissime necessitones perentem insufficientes evocare  
possint.
12. Brellius, Christoph Lutro: De origine et oriturale  
juriis non scripti.
13. Hanaccius, Christianus: Iuris iudiciorum Saxonici  
recognitionem ad negotia feminorum forenia  
spectantem . . . habebit.
- 14<sup>15<sup>o</sup></sup> Hoffmannus, Fr. Gust.: De decanis et decanissis  
2 Exempl.
15. Hoffmannus, Fr. Gust.: Disputationes publicae ex  
historia Germanica . . . inedit et at eas . — curia  
les . . . instat.

16. Haffmannus, Fr. Galenus : Ad concordatum Hen-  
rici I et Cattori E de iurisdictio*n*s episcoporum et abba-  
rum . . . Disputatio
17. Krausius, Fr. Garb. : De iuribus aliquo*e* effectibus  
simultaneis iurisdictio*n* in feudi*m*ere here-  
stariis
18. Leyserus, Augustinus : Ord. iuridic*o* Decano : Rectorbas  
Salomon (ad supp*l*icationem i*mag*. Methodi Gottofredi  
~~Wenckei*is* i*ss*ital)~~
19. Leyserus, Augustinus : De beneficio vulgo Vergiffen  
oder Vergeben. Ops. Wittenburg 1739
20. Leyserus, Augustinus : De res*u*mis.
- 21<sup>1,2</sup> Leyserus, Augustinus : De rapto.
- 22<sup>a,b</sup> Leyserus, Augustinus : De appellacione in causis  
criminibus ex iuribus Romano*is*, Canonico*is*, Germano*is*
23. Leyserus, Augustinus : De p*er*icidio
24. Schubert, Fr. Ernestus : De haeresi*p*hilosophica*d*

25. Specht, Christianus : Vocabulis, capponis, haber-  
ni et baptisi mercenariis

<sup>a, b</sup> 25. Hornspergii, Gallius et Borsam, Isaac Gallicum : D. d.  
verbalis historica, qua de Silvris et Vigilio . . .  
et posteriorum illius in hanc tato anathemata  
narrationes quasdam Baronii . . . cremerian-  
ses proponunt.

4.  
7  
339 6

MEDITATIONES PHILOSOPHICAE  
DE  
**L V C T A**  
**FACVLTATIS ADPETITIVAE**  
INFERIORIS ET SVPERIORIS

QVAM  
*NVTY AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS*

537  
PRAESES  
**IOANNES BRVCKNER**  
PHILOSOPHIAE ET AA. LL. MAGISTER

PUBLICAE ERVDITORVM VENTILATIONI

H. L. Q. C.

SUBIICIT

DEFENDENTE  
**IOANNE PAVLO VINHOLD**  
GEDANENSI.



WITTEBERGAE MDCCXXXIX.

OVIDIUS

*Tristium Lib. I. Elegia VI.*

Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,  
Non fastiditus si tibi, LECTOR, ero.



Q. D. B. V.

## PRAEFAMEN.



Asa conclamando & in iti-  
nere quodam litterario iste, quem  
cernis, enatus est foetus; seu po-  
tius abortus, cuius ne te terreat  
adspicetus, paucis mihi, beneuale  
lector, monendus videris. Lucta  
tibi sistitur plurimis mortalium  
quam maxime luctuosa, paucis grata, omnibus neces-  
saria. Cum enim ad vnum omnes, nisi voluntas eo-  
rum, virtute vindice, ex seruitute morali eluctetur,  
prauis animi propensionibus excrucientur & perpe-  
tuo affectuum dirissimorum dominio subiaceant sero  
aut nunquam manumittendi & in libertatem vindican-  
di: non nisi ex cordes & brutorum more viuentes tam  
folidum æquo animo esse & manere velle credo man-  
cipium. Consultum hac in re & prouisum miseris  
mortalibus efferationis & reuelationis, concentu quam  
suauiſſimo, testantur oracula. Vtraque non proleta-

A

riam

riam merentur peruestigationem. Atque hæc est ratio, cur prius nobis aliqua cura tractandum sumserimus argumentum.

Antiquissimos iam & cordatissimos materiæ nostra considerationem quam maxime vellicasse constat morum præceptores. Quamuis enim intellectus verum falsounque distincte perspiceret, voluntas quoque bonum, natura sua, concupisceret: animaduerterunt tamen in animo nescio quid, quod distinctissimos conceptus, iucundissimas rerum representationes turbaret & mentem in contraria aut illecebris inuitaret, aut summo impetu raperet. Tritissimum est illud Medea: Video meliora proboque, Deteriora sequor. Quid PYTHAGORAS, SOCRATES & familia Academica hac de re senserint, eruditæ recenset STANLEIVS in Historia Philosophica & DIOGEN. Laert. Lib. VIII.

ARISTOTELIS amici istum mentis tumultum pugnam dicebant rationis & adipititus sensitui, quam sententiam & recentiorum nonnulli exosculantur. Si vero rem iusta lance ponderemus, in pugna hæc facultates mentis, hoc est, facultatem cognoscitiam & adipituum nequaquam inter se contendere; sed voluntatem tantum modo in hanc, modo in aliam partem pro motiuorum diuersitate trahi & rapi obseruabimus. Obseruatum hoc est ab ævi nostri Philosophis & quidem feliciori cum successu, a quo diligentior & curatior Psychologiæ ratio habita est, ita, ut primum ad omnes animi mutationes attenderent easque accuratissime notarent, unde Psychologia Empirica, deinde ratiociniorum ope ex notatis multa ducerent antea ignota: unde

de Psychologia Rationalis ortum traxit, de cuius usu  
solidissime tractant **BÜLFINGERI** Dilucidationes  
pag. 228.

Nec defuerunt quorum vestigia in materia nostra premeremus. Ornamentum & decus illud Germaniae æque ac Fridericianæ Illustris eximum, **HEINRICH CIVIS** in Elementis suis Philosophiæ Rationalis & Moralis scite hac de re commentatus est Part. II. Cap. IV. Seçt. III. nec non incomparabilis ille Tubingenium Philosophus **CANTZIVS** in elegantissimo, quod nuper editum est titulum ferens: Disciplinæ Morales omnes nexus perpetuo traditæ, opere. Ex dissertationibus perplacuere nobis Clarissimi Rectoris **CARPOVII**, de Gradibus virtutum: **STELVAGII** de Obdurazione: **CORVINI** de Consuetudinibus: **HASSENII** de pugna adpetitus sensitivæ & Rationalis: **CHRISTIANI** de pugna adpetitus & aduersationis rationalis cum auersatione & adpetitu sensitivo, meletemata; nec non, si argumenta ex reuelatione diuina hauriantur & Theologice spectetur nostra materia, D. **BAVMGARTE**NI, Theologorum Halensem iubaris & ornamenti Dissertation Theologica, de Gradibus peccatorum & **GEORGII Sarganek**, Inspectoris mei & Collegæ Honoratissimi meditationes succinctæ: Höchstnötige Be-rechnung der Sünden-Schulden, ex quibus, qui sitit, plura haurire potest.

Quod vero ad ipsam materiæ substratæ tractationem attinet, in eo studiosi fuimus, vt indubia sanæ rationis principia præmitteremus, quibus deinde, ceu fundamento rite posito, reliquas superstruere possemus

mus demonstrationes. Tria inde enata nobis pro materiae dignitate sunt Capita, quorum

I. de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus.

II. de natura & constitutione luctæ huius arduæ

III. de subsidiis & consiliis pro obtainenda victoria agit;

nec inficiabimur, multo nitidius atque comitus hoc prodire potuisse opusculum, si modo limam adhibere & singula semel iterumque expolire curisque posterioribus augere licuisset. Valde negotiosam & suauiter asperam aspereque suauem in Academiis viui vitam te non fugiet, talemque & nostram atque eam ob rem & laborem hunc pæne extemporaneum fuisse fateri non pudet. In ipsa Tractatione denominations paragraphorum, quæ ex consideratione & diuisione propositionum Mathematica ipsis conueniunt, omisæ sunt; cum non facile fugere queant quemquam methodi scientificæ gnarum & iam ad sutorum officinam translatæ sit cordatioribusque tussim & grauedinem moueat, affectata quadam verborum tam magnificorum recessio. Aequum igitur, ad quod legibus naturalibus & positivis obstrictus es, &, si meruimus, quod a tuo pendebit arbitrio, amicūm exspectamus iudicium.

T R A.

TRACTATIONIS

C A P . I.

*De*

*Principiis Psychologicis ad rem nostram  
facientibus.*

I.

**C**ognoscere (Metaphysice sumtum) significat res sibi ita in mente repræsentare, vt earum nobis consciis sumus. Vnde cognitio eiusmodi erit rerum in mente repræsentatio, cuius nobis consciis sumus.

SCHOLION.

Vnius rei plures dari posse definitiones ex Logicis adscimus, idque negotium ab eo demum tempore feliciter præstitum est a Philosophis, a quo discriben inter definitionem nominalem & realem sollicite est obseruatum. Ideo etiam diuersæ r̄e cognoscere & cognitionis inueniuntur definitiones; si enim sumuntur pro actu; tunc optime definitur r̄e cognoscere, quod significet ideas sibi adquirere & cognitione, quod sit idearum adquisitio: si vero pro statu summantur & pro effectu huius actus, & si ipsum loquendi vsum respiciamus; nostræ omnino probabuntur definitiones.

Consentient nobiscum; Celeberr. CANZIVS in Tractatu de Ciuitate Dei pag. 157. Cognoscere, enim inquit, est rem ab aliis discernere, quæ enim non discernimus, nec cognoscere dicimus: nec non Philosophorum Ienensium princeps, REV SCHIVS in Systemate Logico §. I.; vbi cognitionem definit per cogitationem de certis obiectis, quas

A 3 cum

VI Cap. I. de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus.

cum nostris facilime conciliabit definitionum bonarum & stumator.

§. II.

Perceptio & apperceptio vel *clara* est vel *distinguenda* (per differentiam notionum formalem, h. e. a modo repræsentandi desumptam, quam ex Logicis suppose re licebit) E. etiam *cognitio* vel *clara* vel *distinguenda* erit; est enim repræsentatio cum apperceptione coniuncta (§. I.)

§. III.

*Notæ, characteres, varia, obseruabilia, notæ characteristicae* dicuntur ea rerum intrinseca, quibus res agnoscuntur atque a se inuicem discernuntur.

SCHOLION.

Notæ hæ Philosophis quibusdam dicuntur etiam *partes*, aut *notiones partiales*, respectu nimirum notionis totalis & complexæ.

§. IV.

*Repræsentatio distinguenda*, est repræsentatio notarum alicuius rei characteristicarum: *repræsentatio* autem *clara* tantum rem repræsentatam ab aliis potest dignoscere. E. *qui cognitione distinguenda gaudet*, characteres rerum sibi repræsentat (§. III. & def. not. dist.) &, *qui cognitione clara gaudet*, rem quidem, quam sibi repræsentat, ab aliis distinguere valet; sed notas eius sibi sigillatim non repræsentat (per def. not. claræ).

§. V.

Facultas percipiendi & appercipiendi dicitur; *facultas mentis cognoscitiva*, quæ, si rem sibi distinguente repræsentet, *superior*: si clare tantum, *Inferior* dicitur.

SCHO-

SCHOLION.

Insignem accurata ista facultatum mentis, per se quidem simplicissimæ & non nisi nostro concipiendi modo differentiam quandam gradualem admittentis, consideratio in moralibus usum praefstat; immo dici nequit, quam atrocium superiori æuo temeraria hæc facultatum animi superiorum & inferiorum confusio rixarum & inexplicabilium contentiū cauſa fuerit & origo, quod adfertum exemplis, si angustia temporis & chartæ permetteret, ex Historia Ecclesiastica & Litteraria illustrari posset innumeris.

§. VI.

*Anima nostra habet facultatem cognoscituum inferiorem & superiorem.* Anima enim nostra cognoscit quædam (§. I.) eaque vel distincte, vel clare (§. IV.). Cum vero facultas res sibi clare repræsentandi dicatur *facultas cognoscituum inferior:* facultas res sibi distincte repræsentandi, *superior:* sequitur animam nostram habere facultatem cognoscituum inferiorem & superiorem. Ab actu enim ad potentiam V. C.

SCHOLION.

Methodum hic demonstrandi mixtum studio adhibuimus, i.e. quæ a priori & posteriori desumitur, qualis iudice Illustriss. WOLFIO in Psychologia Empirica §. 434. in Scholio, ut plurimum nostra cognitio est, magisque ad eam, quæ a priori datur, accedit, vbi ex principiis a posteriori stabilitas continua ratiociniorum serie colligimus, quæ nobis antea nondum cognita fuerunt, quod a nobis etiam obseruatum esse animaduertes.

§. VII.

*Intellectus* (sensu strictiori) facultatem denotat possit.

VIII Cap. I. de principiis Psychologiciis ad rem nostram facientibus.

possibilia sibi distincte repræsentandi. Ergo intellectus ad facultatem mentis cognoscitiam pertinet eiusque partem superiorem constituit (§. V.VI.).

§. VIII.

*Ratio* (der Grund) est id, ex quo intelligitur cur & quomodo aliquid sit: quodue rationem habet, seu cuius aliquid est ratio, *ratiocinatum* eius dicitur & ab eo dependens: ambo vero dicuntur *connexa*, seu in nexu.

§. IX.

Quæ rationem in intellectu habet, cognitio, seu, quæ ope intellectus (§. VII.) comparatur, dicitur *intellectualis*. Ergo cognitionem distinctam rectissime intellectualem, & vice versa intellectualem distinctam dicimus; vti intellectus & cognitio intellectualis connecta inter se dici queunt (§. VIII.).

§. X.

Repræsentationes status mundi præsentis, dicuntur *Sensationes*. Vnde *sensus* facultas erit percipiendi obiecta externa mutationem in organis nostris sensoriis producentia; vel, si maius, *sensus* est facultas mutations status mundi præsentis percipiendi, qui, si statum animæ repræsentet, *Internus*: si statum corporis, *Externus* dicitur; adeoque etiam ad facultatem cognoscitiam pertinet, & quidem ad Inferiorem (§. V.).

§. XI.

Sensus cognitionis confusæ rationem continet (§. VIII.) adeoque connexa sunt (§. eodem). Res, quæ existunt, percipimus sensu (§. X.). Quidquid autem existit, omnimode determinatum est (per principia Ontolo-

Ontologica) adeoque rem sensu perceptam nobis cum multis aliis rebus antecedentibus, concomitantibus & subsequentibus repræsentamus, quæ rei repræsentatae notas seu characteres vel plane non, vel difficulter percipiendas exhibent. Cum vero hoc ad cognitionem distinctam quam maxime requiratur (§. III. & IV.) sensus distinctæ cognitionis rationem continere non possunt; sed tantum claræ.

§. XII.

Repræsentatio non distincta dicitur *sensitio* seu *sensualis*. Hinc *cognitio* etiam, quæ rationem in sensu habet, seu ope sensuum adquisita dicitur *sensitio*, *sensualis*.

SCHOLION.

Alias ab aliis cognitionis sensualis & intellectualis definitiones dari probe quidem nouimus: sed quam facilime cum nostris conciliari poterunt; si modo duplex cognitionis, sensualis & intellectualis, ratio (§. IX. & XII.) confidetur, ex cuius neglectu omnis dissensus oritur. Ita v. g. do. Clarissimus Göttingensis Philosophus, HOLLMANNVS in Introductione sua in Philos. Tom. II. pag. 166. sequentes exhibet definitiones: *Cognitio, qua mediantibus sensibus externis nobis aliquid repræsentamus, dicitur sensualis, & illa, qua sine sensuum externorum ministerio fieri concipitur, dicitur intellectualis:* sed quis non videt, Clarissimum Auctorem hic vocabulum, intellectus, in sensu latiori sumere, pro facultate cognoscitiva, siue id confuse fiat, siue distincte.

§. XIII.

Ratio cognitionis confusa in sensu deprehenditur (§. XI.) ea autem cognitio, quæ rationem in sensu B habet,

X Cap. I. de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus.

babet, dicitur sensitiva (§. XII.). E. cognitio sensitiva est confusa.

§. XIV.

Datur autem inter cognitionem sensitivam & intellectualem medium aliquod, seu ex utraque mixtum genus cognitionis. Repræsento enim mihi quedam ita, ut aliqui eorum characteres clari sint, aliqui obscuri. Eiusmodi cognitione, qua notas claras distincta s. intellectualis est: qua notas obscuras, indistincta seu sensitiva (§. IX. & XII.).

§. XV.

Conuenientia repræsentationum cum re repræsentata dicitur *veritas* (Logice spectata) E. etiam *cognitione*, quæ cum re repræsentata seu cognita conuenit, *vera* est. Ergo distinctam rei cognitionem habens cognitionem rei veram habet. E. cognitio intellectualis est cognitione vera. *Falsitas* e diuersa parte (etiam Logice spectata) est disconuenientia idearum cum obiecto s. repræsentationum cum re repræsentata.

§. XVI.

Si repræsentationem falsam pro vera habeamus, dicimus *errare*. Error itaque erit adsensus falso datus.

SCHOLION.

Definitur ab aliis error, quod sit confusio veri cum falso, vel, dum falsa pro veris, incerta pro certis habeo, dico errare.

§. XVII.

Errorum autem proxime tres dantur fontes, unus, si conceptus rerum vagi sint & minus determinati veraque illis exprimendis destinata sensum aut obscurum,

rum, aut ambiguum habeant: *alter*, si propositiones pro veris habeantur, aut ad alias demonstrandas adhibeantur, quæ tantum probabiles sunt aut re ipsa falsæ: *tertius*, si ex veris propositionibus male concludatur & quidquam ex iis consequi putetur toto tamen celo diversum, ita differit BÜLFINGERVS in Logica a M. Vellnagel Ienæ edita pag. II.

§. XVIII.

*Conceptus rerum distinctos habens errare nequit.* Distinctos enim rerum conceptus habens notas rerum characteristicas sibi repräsentat (§. III, IV.) adeoque nihil rei tribuit, nisi quod ipsi reuera conuenit i. e. vel momentum eius constitutuum vel consecutuum est. Qui autem rei nihil tribuit, nisi quod ipsi reuera conuenit, non errat (§. XVI.). E. conceptus distinctos habens non errat. E. iudicia etiam notionibus distinctis superstrcta, seu ex conceptibus distinctis forma ta sunt vera (§. XV.). *Et contra.* Qui conceptus rerum habet confusos, is errare potest. Qui enim confusam alicuius rei habet notionem, non omnes eius nota sibi sigillatim repräsentat (§. IV.) sed rem in multis aliis circumstantiis percipit (§. XI.) adeoque rei repräsentata tribuere potest, *vel*, quod eidem non conuenit, *vel*, quod sub certis tantummodo circumstantiis & determinationibus eidem conuenit. In utroque autem casu veritas migratur, adeoque error committitur (§. XVI. & XVII.). E. confusos habens conceptus errare potest. E. etiam iudicia conceptibus confusis & sensualibus superstrcta sunt falsa (§. XV).

§. XIX.

*Si plura simul sumta vnius rationem sufficientem*

B 2

consti-

XII Cap. I. de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus.

constituunt, *consentire* dicuntur. *Consensus* itaque est tendentia plurium ad idem aliquod obtinendum. Unde iam facile patebit, quid *dissentire* & *disensus* hoc loco significet.

§. XX.

*Cognitionis sensitivæ & intellectualis consensus* oritur, si rem sensibus perceptam reuera se ita habere ope intellectus cognoscam; & *ē diuersa parte*, si ope intellectus cognoscam rem sensibus perceptam se ita non habere, tunc *disensus cognitionis sensitivæ & intellectualis* reprehenditur. Ut hac ratione consensus cognitionis intellectualis & sensitivæ nihil aliud sit, quam cognitionis intellectualis & sensitivæ identitas (ratione obiecti) & disensus earum diuersitas.

§. XXI.

Consensum & disensem istum cognitionis intellectualis & sensitivæ possibilem esse nulla indiget demonstratione.

§. XXII.

Quidquid rem aliquam conseruat & perficit, *bonum*; quidquid eandem destruit, *malum* dicimus. Unde adparet, quid *bonum nobis* dicamus, scilicet, quod *nos statumque nostrum* perfectiorem reddit; & quid *malum nobis* sit, scilicet, quod *nos statumque nostrum* imperfectiorem reddit. Cumque duplex hominis status, internus & externus (per principia Metaphysica & Moralia) bonum etiam & malum duplex erit, scilicet, internum & externum, pro ratione status, quem perficit vel imperfectiorem reddit.

SCHOLION.

ARISTOTELI & ad seclis eius *bonum est congruentia cum*

*Cap I de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus.* XIII

*cum aliquo appetitu; conferatur ARISTOTELIS Ethica ad Nicom. Lib. I. Cap. I.; hinc diuiditur etiam bonum a plerisque; sed minus adæquate, in verum & adparens. Minus adæquate dicimus; cum ea diuisio distinctio potius sit, quam terminus, bonum, ab æquiuocatione liberatur: cum bonum adparens reuera malum; & malum adparens verum bonum sit.*

§. XXIII.

Inclinatio animi ad obiectum pro ratione boni in eo repræsentati, dicitur *adperitus*: reclinatio animi ab obiecto pro ratione mali in eo repræsentati, dicitur *auersatio*.

SCHOLION.

Vtимur hic terminis, *inclinatio* & *reclinatio*, licet Metaphorici sint & per consequens ex regno definitionum eiendi, tanquam ciuitate Philosophica donatis. Si autem instare tibi placuerit & illorum etiam definitionem postulare, ita nos expediemus. *Inclinatio*, de anima improprie dicta, denotat conatum animæ nouas sensationes habendi & *reclinatio* conatum easdem impediendi.

§. XXIV.

Hinc iam patebit, quid sit *adperitus* & *aversatio sensuia*; scilicet inclinationes vel reclinations ex repræsentatione boni vel mali confusa exortæ: & quid sit, *adperitus* & *aversatio rationalis*; scilicet, inclinationes vel reclinations ex repræsentatione distincta boni vel mali exortæ.

SCHOLION.

Appetitus rationalis etiam simpliciter *voluntas*: & *aversatio rationalis* simpliciter *noluntas* nuncupatur.

B 3

§. XXV.

XIV Cap. I. de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus.

§. XXV.

Facultas animæ, quæ bonum repræsentatum appetit & malum cognitum auerſatur, dicitur *facultas mentis adpetitiua*; eamque animæ nostræ inesse ita demonstramus. Res quasdam adpetimus: alias auersamur (§. XXIII.). Ab actu autem ad potentiam V. C. cumque omnis facultas potentiam inuoluat, sequitur animæ nostræ inesse facultatem adpetitiuam.

Aliter. Quando aliquam perceptionem producere conor, h. e. si vim animæ meæ ad aliquam perceptionem producendam determino, *appero*; cuius opus situm appeto; illud *auersor*. E. *bobeo facultatem appetendi & auersandi*, i. e. *adpetitiuum*.

SCHOLION.

Facultas ista mentis quibusdam Philosophis etiam prædicta dicitur seu *adPLICATIO*, de cuius præcipuis argumentis conferri merentur WOLFIUS annotat. §. 289. seqq. vt &, si aduersariorum obiectiones peruestigare libuerit, STRAELERVS in Exam. Phil. Wolff. P. II. §. 81. seqq. MÜLLERVS im demasquirten Philosopho ad h. l. WOLFI & FEVRLINVS Spec. III. Psychol. §. 5. 6. quas vero eruditissime profligatas leges in S. R. WAGNERI, Theologorum Hamburgenium principis, opere præstantissimo, cui titulum dedit: Versuch einer gründlichen Untersuchung, welches der wahre Begriff von der Freyheit des Willens sey?

§. XXVI.

Facultas ista adpetitiua (§. XXV.) si bonum vel malum *confuse* cognitum appetat vel aduersetur (§. XXIV.) *facultas appetitiua inferior*: si vero bonum vel malum distincte cognitum adpetat vel auersetur, *facultas appetitiua superior* dicitur.

§. XXVII.

§. XXVII.

E. adipetus & auersatio sensitua (§. XXIV.) ad facultatem adipetitium inferiorem (§. XXVI.) & adipetus atque auersatio rationalis ad facultatem adipetitium superiore pertinet (§§. iisdem).

SCHOLION.

Ad meliorem eorum, quæ de voluntate & noluntate (§. XXIV. in scholio) hic adducta sunt, considerationem egregie faciunt, quæ in hanc rem acutissime concinnauit LEIBNITIUS in Theodicea P.I. §. 22. P.II. §. 281 sqq. WOLFIUS in annotat. §. 155. sqq. nec non in Psychol. Emp. Lat. §. 880. Conferri etiam possunt & eadem opera examinari, LANGIVS in der ausführlichen Entdeckung Thes VI. pag. 130. sqq. quæ vero omnia sub incudem vocat S.R. RIBOVIVS in der fernern Erläuterung Cap. IV. §. 103. seqq.

§. XXVIII.

*Anima nostra habet facultatem adipetitium inferiorem & superiorem.* Anima nostra habet facultatem adipetitium (§. XXV.) insuper facultatem bonum & malum sibi vel distincte vel confuse repræsentandi (§. V. VI.) ex cognitione autem, quam de bonitate vel prauitate rei repræsentatae habemus, diuersæ originem trahunt facultatis adipetitiae species (§. XXVI.). Diuersæ hæ facultatis adipetitiae species dant facultatem adipetitium inferiorem & superiorem (§. eodem). E. anima nostra habet facultatem adipetitium inferiorem & superiorem.

§. XXIX.

Mutatio mentis vehementior, quæ ex simultanea bonorum vel malorum multorum repræsentatione ori-  
tur

XVI Cap. I. de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus.

tur, dicitur *affectus*. Cum vero repräsentationum simultanearum copia in mente confusionem producat: sequitur, affectus non modo ex repräsentationibus confusis oriri; sed etiam ad facultatem mentis appetitivam inferiorem pertinere.

SCHOLION.

Solent quidem Philosophorum nonnulli, e.g. HEINECIVS, CANZIVS, definitioni ad *affectus* vnam adhuc notam characteristicam immiscere; scilicet, *extraordinarium sanguinis in corpore motum*: quia vero motus iste sanguinis vehementior notionis, *affectus*, character consecutius tantum est, non constitutiuus, studiose a nobis omissus est, & quidem praeunte nobis illustr. WOLFIO, qui in *Metaph. Germ.* §. 439. dicit: Ein mehrlicher Grad der sinnlichen Begierde und des sinnlichen Abscheues wird ein Affect genannt. Et in *Psych. Empir.* §. 603. *Affectus* sunt actus animæ, quibus quid vehementer appetit; vel auersatur: vel, sunt actus vehementiores appetitus sensitivæ & auersationis sensitivæ. In *Psychol. Rat.* vero scribit § 504. *Affectus* esse conatus vehementiores producendi perceptiones praeuisas, vel impediendi, quo minus producantur. Hæc de principiis Psychologicis ad rem nostram facientibus; sequitur nunc.

C A P. II.

*Natura & constitutione luctæ  
huius arduæ.*

§. XXX.

*R*egula est propositio, enuncians determinationem rationi conformem; seu, est propositio, iuxta quam aetio-

actiones determinantur; quae determinatio, si regulæ contraria sit, defectum parit: si autem fiat ob regularum simul obseruandarum collisionem, notionem exceptionis suppeditat.

§. XXXI. Adpetitum sensituum & auersationem sensituum pro regula actionum habens sape mala adpetit & bona auersatur. Adpetitus fertur in bonum, seu est inclinatio animi ad obiectum pro ratione boni in eodem repræsentati (§. XXIII.) auersatio fertur in malum (§. eod.) adpetitus sensitius fertur in bonum sensituum: auersatio sensitiva in malum sensituum (§. XXIV.) bonum autem, æque ac malum, sensituum potest esse adparens (§. XXII. in schol.) bonum adparens est reuera malum; malum adparens est reuera bonum (§. eod.). Nihil igitur obstat, quin adpetitum sensituum in malum & auersationem sensituum in bonum ferri statuere queamus. E. adpetitum sensituum & auersationem sensituum pro regula actionum suarum habens sape mala adpetit & bona aduersatur. E. statum suum imperfectorem reddit (§. XXII.).

§. XXXII.

Adpetitum rationalem & auersationem rationalem pro regula actionum habens bono vero adpetit & mala vera aduersatur. Adpetitus rationalis fertur in bonum verum: auersatio rationalis in malum reuera malum (§. XXIV.) E. qui adpetitum rationalem & auersationem rationalem pro regula actionum habet, bona vera adpetit & mala vera aduersatur. E. statum suum reddit perfectiorem (§. XXII.).

C

§. XXXIII.

§. XXXIII.

*Consensus adpetitus sensitivæ & rationalis tunc oritur;*  
si vterque idem habet obiectum: nec non *consensus auersationis sensitivæ & rationalis* tunc oritur; si vtraque idem aduersetur obiectum (§. XIX. XX.). Contra, si facultas adpetitiua superior id adperat, quod inferior auersatur, & si illa aduersetur, quod hæc adpetit, *dis-*  
*sensus adpetitus sensitivæ & rationalis* oritur.

§. XXXIV.

*Adpetitus sensitivius & rationalis, nec non auersatio sensitivæ & rationalis consentire possunt.* Repræsentatio sensualis & intellectualis (§. XII.) consentire possunt (§. XIX.) adeoque etiam fieri potest, vt adpetitus sensitivius & rationalis ad idem obiectum feratur; adpetitus enim ex repræsentatione boni oritur (§. XXIII.). Si autem adpetitus vterque in idem feratur obiectum, consensus oritur adpetitus sensitivæ & rationalis (§. XXXIII.). E. adpetitus sensitivius & rationalis consentire queunt. Eadem etiam, mutatis mutandis, de auersationis sensitivæ & rationalis consensu valet demonstratio.

§. XXXV.

*Adpetitus sensitivius & rationalis; nec non auersatio sensitivæ & rationalis dissentire queunt.* Repræsentatio sensualis & intellectualis dissentire queunt (§. XII.) adeoque fieri potest, vt homo sensuum ope i. e. confuse (§. XIII.) obiectum aliquod bonum esse sibi repræsenter; & intellectus ope, i. e. distincte (§. IX.) obiectum idem vt malum cognoscat. Fieri igitur potest, vt adpetitus sensitivius filius bonum adperat, quod auersatio rationalis auersatur (§. XXIII. & XXIV.). E. adest in

XXXV.

adpe-

adpetitu sensitiuæ & rationali dissensus. Eadem etiam, mutatis mutandis, de auersationis sensitiuæ & rationalis dissensu valet demonstratio.

§. XXXVI.

*Consensus ergo & dissensus facultatis adpetitiuæ inferioris & superioris est possibilis.* Datur enim consensus & dissensus cognitionis intellectualis & sensitivæ (§. XX. XXI.) ex cognitione autem oritur adpetitus vel auersatio, vel sensitiva vel rationalis. Adpetitus & auersatio sensitiva constituant facultatem adpetitiuam inferiorem: adpetitus & auersatio rationalis superiorem (§. XXVI. XXVII.). E. consensus & dissensus utriusque facultatis adpetitiuæ est possibilis (§. XXXIV. & XXXV.).

§. XXXVII.

*Lucta facultatis adpetitiuæ inferioris & superioris est dissensus in adpetendo & auersando: sicuti harmonia facultatis adpetitiuæ inferioris & superioris est consensus in adpetendo & auersando.*

SCHOLION.

*Lucta hæc aliis dicitur pugna cupiditatum & denotat contrarietatem rationis atque adpetitus sensitivi in censura actionum liberarum, cuius genesis solidissime & pro more suo, profundissime exponit WOLFIUS in Metaphyl. Germ. § 185.* Wenn Sinnen, Einbildungskraft und Affecken der Vernunft zurück sind in Beurtheilung der freyen Handlungen, dergestalt, daß jene uns als gut vorstellen, was diese für böse erklärret, und hingegen für böse, was die Vernunft für gut heisset; quibus verbis etiam harmoniam facultatis adpetitiuæ inferioris & superioris, vi oppositi, contineri & quam facilime

condi posse intelliget, qui habitu definiendi & abstrahendi pollet.

§. XXXVIII.

*Lucta facultatis adpetitiæ inferioris & superioris possibilis est.* Est enim dissensus in adpetendo & auersando (§. XXXVII.) qui dissensus possibilis est (§. XXXVI.) E. etiam lucta dissensiū illi nixa & ex eodem orta possibilis erit.

§. XXXIX.

*Quando nobis obiectum aliquod distinet, ut bonum nobis, representamus, quod confuse representatum nobis malum videtur: tunc adpetitus rationalis cum auersatione sensitiva luctari dicitur.* Si enim nobis obiectum aliquod distinet, ut bonum nobis, representemus, quod confuse representatum nobis malum videtur: adpetitus rationalis obiectum adpetet, quod auersatio sensitiva auerabitur (§. XXIII. & XXIV.) adeoque adpetitus rationalis & sensitivus dissentient (§. XIX. & XXXIII.) adeoque lucta orietur (§. XXXVII.). E. quando nobis obiectum aliquod distinet, ut bonum nobis, representamus, quod confuse representatum nobis malum videtur: tunc adpetitus rationalis cum auersatione sensitiva luctari dicitur.

§. XXXX.

*Quando nobis obiectum aliquod distinet, ut malum nobis, representamus, quod confuse representatum bonum videatur: tunc auersatio rationalis cum adpetitu sensitivo luctari dicitur.* Si enim nobis obiectum aliquod distinet, ut malum nobis representemus, quod confuse perceptum boni speciem habet; auersatio rationalis auerabitur id, quod adpetitus sensitivus adpetet (§. XXIII. & XXIV.) adeo-

adeoque lucta orietur (§. XXXVII.). E. quando nobis obiectum aliquod distincte, ut malum nobis, representamus, quod confuse representatum boni speciem habet, tunc auersatio rationalis cum appetitu sensitivo luctari dicitur.

SCHOLION.

*Lucta* hoc aliis, & quidem Aristotelicis, vt in præfamini monitum, pugna rationis & appetitus sensitivus dicitur; sed minus accurate; intellectus enim cum voluntate non pugnat; sed tantummodo anslam & occasionem luctæ huic præbet, eam excitat, mouet & efficit, vt voluntas secum ipsa pugnet; in diuersis nimirum suis facultatibus. Egregie rem hanc, vt solet, & in nucleo quasi B VVDDEVS in institution. Theol. moral. Part. I. Cap. I. Sect. VI § 4 exhibet, dicens: *In diuersas quodammodo partes voluntas trahitur; si ex una parte, quæ grata sunt & appetitum mouere possunt, per sensus aut imaginacionem repræsententur: ex altera parte intellectus ex noxia & fugienda portus esse dictiter. Hinc voluntas secum ipsa velut luctatur, prona quidem ad ea, quæ sensus aut imaginatio velut grata exhibuerant, rursus tamen & ratione morem gestura; donec tandem aut succumbat ex imbecillitate sensuum, aut imaginacionis representationi, aut fortiter eluctando rationis obtemperet iussi.* Conferatur etiam LEHMANNI Philos. Moral. p. 332. sqq. HASSENII diss. de pugna adpperitus sens. & rationalis ut & WALCHIVS in Lexico Philosophico Articulo, Streit der Vernunft und sinnlichen Begierden.

§. XXXXI.

*Adpperitus & auersatio pro ratione inclinationum vel reclinacionum ex representatione boni vel mali fortis*

C 3

vel

XXII Cap. II. de natura & constitutione lucte huius ardus.

vel *vehemens* dicitur; atque diuersos fortitudinis vel *vehementiae* admittit gradus (§. XXIV.) quorum *vehementissimus vincere* dicitur; atque per quam facultatem adpetitiuam *post lucidam plene adpetimus vel auersamus*, illa *vincit*.

SCHOLION.

Iuuabit hic inseruisse definitiones, *aequilibrii & superpondii adpetitus & auersationis*; scilicet *aequilibrium* oritur, si quid ut bonum malumque simul & *æqualiter* i. e. *eodem repræsentationis modo intuar*: si vero quid ut bonum malumque simul intuar; sed *prædominante voluptate aut tædio superpondium* oritur, quod si *diuturnum sit, dominium vocatur*.

§. XXXII.

Quando adpetitus sensitius auersatione rationali *vehementior est* (§. XXXI.) *adpetitus sensitius auersationem rationalem vincit* (§. cod.) & vice veria, quando auersatio rationalis adpetitus sensitivo *vehementior est, adpetitus sensitium auersatio rationalis vincit*. Nec non, quando adpetitus rationalis *vehementior est* auersatione sensitiva, *adpetitus rationalis vincit auersationem sensitiam*, & cum auersatio sensitiva fortior est adpetitu rationali, *auersatio sensitiva adpetitum rationalem vincit* (§. XXXI.)

§. XXXIII.

Ex omnibus ipsis patebit, quis *dominus sui ipsius dici queat*, scilicet, qui adpetitum sensituum & auersationem sensitivam rationali vincere potest, seu, qui facultate adpetitiua superiori in omnibus suis actionibus *vtitur*.

§. XXXIV.

*§. XXXIV.*

*Auersatio rationalis ab appetitu sensitivo vista statum hominis reddit imperfectorem.* Quando enim appetitus sensitivus auersationem rationalem vincit, appetitus sensitivus auersatione rationali fortior est (§. XXXI.) quando vero appetitus sensitivus auersatione rationali fortior est, tum homo ad agendum determinatur per representationes boni confusas, neglectis & posthabitatis omnibus depravitate obiecti cuiusdam distinctis representationibus (§. XII. & XIII.) distinctae autem representationes verae sunt earumque cognitio etiam vera est (§. XV.). E. obiectum, quod homo tunc appetit, reuera malum est; malum autem id dicimus, quod rem aliquam destruit seu statum nostrum imperfectum reddit (§. XXII.). E. auersatione rationali ab appetitu sensitivo vista status hominis imperfectior redditur.

*SCHOLION.*

Scholastici Theorema hoc sequenti canone exponere soliti fuere: *Si actum elicitum sequitur imperatus, tunc statutus hominis deterioratur;* actus autem animæ eliciti, si notas distinctas, fixas & adæquatas pro vagis & indeterminatis substituamus, dicuntur omnes volitiones & nolitiones liberæ; reliquarum autem facultatum actiones liberæ, actus imperati; quatenus autem isti a libertate animæ pendent, animæ in eas imperium adscribitur. Hinc animæ in semetipsam imperium facultatem denotabit pro distincto lubitu, nunc huius, nunc illius facultatis actiones producendi; nunc vero earum producendi oppositum. Ita philosophamur cum ALEXANDRO GOTTLIEB BAVMGARTENIO in Metaphys. recentissime edita §. 730. atque ea alleganda duximus ad Philo-

Philosophorum antiquorum & recentiorum & concentum  
& discrimen ostendendum.

§. XXXV.

*Adpetitu rationali ob auersatione sensitiva vieto status hominis fit imperfectior.* Quando enim auersatio sensitiva adpetitum rationalem vincit, tunc auersatio sensitiva adpetit rationali sine dubio fortior erit vel vehementior (§. XXXI. XXXII.) quando vero auersatio sensitiva adpetit rationali fortior est, tunc homo determinatur ad agendum ex repräsentationibus mali confusis, neglectis & posthabitibus omnibus de bonitate obiecti cuiusdam distinctis repräsentationibus (§. XII. & XIII.). Distincte autem repräsentationes vera sunt, earumque cognitio etiam vera est (§. XV.). E. obiectum, quod homo tunc auersatur, verum bonum est & tantummodo malum adparens (§. XXII.). Quando vero homo obiectum, quod verum bonum est, & mali speciem tantum habet, auersatur, bonum verum, quamdiu confusas illas de eo habebit repräsentationes, nequaquam anhelabit; sed malum se stabilitur nunquam allaboraturus, ut status eius perfectior euadat. Cum vero etiam perfectionis vterioris absentia imperfectio sit (per def. perfect.) statum suum reddet imperfectiorem.

SCHOLION.

Dum de perfectione vteriori nobis in §pho sermo est; non absolutam; sed relativam & comparativam hic intelligimus perfectionem, quæ si fundamentum eius rite expendatur, diuerso respectu & bonum & malum esse potest; videatur hac de re B. KÖHLERVS in I. N. §. 149. Unde SENECA in Troad. v. 1024. eleganter canit:

Est miser nemo, nisi comparatus.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

E. si facultas adpetitua inferior superiorem vincit (§. XXXIV. & XXXV.) status hominis fit imperfectior & quidem *vel torus*, quoniam actiones hominum perpetuo nexo cohaerent (§. VIII.) *vel qua partes*, ubi scilicet inter cognitionem sensitivam & intellectualem medium aliquod, seu ex utraque mixtum deprehenditur (§. XIV.).

§. XXXVII.

*Victis, auersatione & adpetitu sensitivo per adpetitum & auersationem rationalem statu rationalis perfectior redditur.* Quando enim adpetitus rationalis auersationem sensitivam & auersatio rationalis adpetitum sensitivum vincit, adpetitus rationalis auersatione sensitiva & auersatio rationalis adpetitu sensitivo fortior est (§. XXXII.) Quando vero adpetitus rationalis auersatione sensitiva & auersatio rationalis adpetitu sensitivo fortior est, homo non nisi distinetis boni & mali representationibus ad agendum determinatur (§. XXIV. XXVI.) per consequens adpetitum & auersationem rationalem in agendo sequitur (§. XXIV.) adeoque vera bona adpetit & reuera mala aduersatur (§. XXII.). E. statum suum perfectiorem reddit.

§. XXXVIII.

Ergo si facultas superior inferiorem vincit (§. XXXII.) status hominis perfectior redditur (§. XXXVII.) atque ista perfectio pro amplitudine & excellentia honorum adpetitorum malorumque neglectorum intensius & extensius, ut cum Scholasticis loquamur, augeri & perfici potest ad gradus usque eximios; uberioris hac de re differentem cum vo-

D lupta.

XXVI Cap. II. de natura & constitutione lucte huius arduae.

Iuptate leges Clarissimum CARPOVIVM in Dissertatione de gradibus virtutum.

§. XXXIX.

Intuitus perfectionum parit voluptarem; sicuti ex intuitua imperfectionum cognitione tedium oritur.

SCHOLION.

Monere quidem contra has definitiones solent non nulli & eas reprehendere, quod genesis quidem voluptatis & tedium in illis explicetur, non vero rei natura, seu, quid voluptas, quidue tedium sit, vid. WALCHII Lex. Phil. Art. Lust, Vergnügen, Unlust: sed satisfactum illis arbitramur a Clarissimo CARPOVIO in elegantissimo Tractatu: Ausführliche Erläuterung der Wolsfischen vernünftigen Gedanken von der Menschen Thun und Lassen.

§. L.

Voluptas hac & tedium pro ratione representationis boni vel mali atque perfectionis vel imperfectionis inde oriundæ augeri potest vel minui, ut *minor voluptas vel tedium* status animi sint, ex obscurissimo, qui esse potest, vnicæ imperfectionis aut perfectionis minoris intuitu ortus, præuiis & sociis heterogeneis voluptatibus tædiisque plurimum fortioribus (§. XXXI.) & *e contrario*, quo clariori ex intuitu, quo plurimum, quo maiorum perfectionum, quo debiliores inter præuias & socias voluptates & tædia heterogenea, voluptates & tædia enascuntur, *eo sunt maiora*.

§. LI.

Quia autem voluptas ex intuitu perfectionum oritur (§. XXXVIII.) perfectio autem vel vera, vel adparens est (per pr. metaphys.) voluptas etiam, quæ ex

*ex perfectione vera oritur, voluptas vera, quæ ex adparente, voluptas adparentis erit.*

SCHOLION.

*De perfectione vera & adparente idem sentimus, quod de bono vero & adparente (§. XXII. in Scholio) monendum operæ pretium duximus.*

§. LII.

Quia etiam perfectio bonum pro fundamento habet (§. XXII.) id autem vel a libertate animæ proprijs pendet, & *morale* dicitur; vel ab eius libertate non pendet, & *physicum* (strictè sic dictum) dicitur: perfectio ex bonis moralibus, *beatitudinem*; perfectio ex bonis physicis, *prosperitatem* dabit. Complexus autem beatitudinis & prosperitatis *felicitas* dicitur, quæ iterum pro ratione bonorum moralium & physicorum in veram & adparentem; sed cum restrictione (§. XXII. in Scholio) adiecta accurate diuiditur.

SCHOLION.

Aliam *felicitatis* in systematibus philosophicis recentiorum definitionem suppeditari probe perspectum habemus: sed cognitum simul, quot & quantæ contra eam exceptiones & dubia formatae sint; itaque aliorum naufragia ex littore quasi spectantes omnia ea euitare studuimus, quæ aliis scrupulum quandam, licet sicolneum tantum & facile evitandum, & offendiculum pepererunt; vid. WOLFI Psych. Emp. § 636. & 637. nec non BAVMEISTERI dissert. de amore erga inimicos, vbi argumenta aduersariorum existitudo repulsa inueniuntur.

§. LIII.

*Felicitatem veram consequimur, si facultas appetitiva  
D 2 supe-*

XXVIII Cap. II de natura & constitutione lucte buius arduæ.

*superior inferiorem vincat.* Felicitas vera complexus est beatitudinis & prosperitatis veræ atque ex intuitu perfectionis veræ oritur cognitione (§. LI. LII.) status autem hominis perfectior sit, si facultas adpetitua superior inferiorem vincat (§. XXXXVII.) E. si facultas adpetitua superior inferiorem vincat, homo veram felicitatem consequitur. *Contra.* Si adpetitus sensitivus auerstationem rationalem vincat, adparentem tantummodo consequimur felicitatem. Adpetitus enim sensitivus auerstationem rationalem vincente homo bona tantum adparentia adpetit (§. XXII. XXXI.) bona adparentia perfectionem etiam adparentem adeoque etiam voluptatem tantum adparentem (§. LI.) parciunt; voluptas adparentis etiam felicitatem tantum adparentem conciliat (per def. felicitat.) E. si adpetitus sensitivus auerstationem rationalem vincat, adparentem tantummodo consequimur felicitatem.

§. LIV.

*Lex*, sicuti in genere regulam denotat, secundum quam actiones liberas determinare obligamur: ita *lex naturæ* talis erit regula, ad quam natura duce actiones liberas determinare obligamur.

SCHOLION.

CANZIVS in vñ Phil. Leibnit. & Wolf. in Theol. legem definit, quod sit decretum superioris inferiorem obligans, cum quo consentit HASSENIVS in Synopsi Phil. Mor. pag. 168. sqq. nihil autem ab exhibita definitione diuersum virorum istorum doctissimorum definitiones continent, cum potius cum eadem conspirent quam amicissime.

§. LV.

§. LV.

Motiuorum cum actionibus patrandis vel omit-  
tendis connexio *Obligationem* sistit. E. omnis homo ad  
ea, quæ lege naturæ præscribuntur, facienda obliga-  
tur.

SCHOLION.

Solidissime materiam hanc tractatam inuenimus in B.  
KÖHLERI dissertatione, de Obligatione morali; WALCHIVS  
etiam de ea re non despiciatui habenda congesit in Lexico  
Philos. Art. Verbindlichkeit.

§. LVI.

*Lex diuina* dicitur, quæ vim obligandi a Deo ha-  
bet: quæue eam ab hominibus tantum habet, *lex huma-  
na* salutatur.

SCHOLION.

Videatur hac de materia THOMASIVS in Fundament.  
J. N. & G. Lib. I. Cap. V. vt & in commentatione, de natura  
legis tam diuinæ quam humanæ, quæ exstat in Observatio-  
nibus Halensibus Tom. VI. Obs. XXVII. Succincte autem  
& pererudite doctrinam de Lege & quæ cum ea connexa  
sunt, tractauit SCHVBERT in duabus de Lege dissertatio-  
nibus, Witteb. 1739.

§. LVII.

*Legem naturæ legem diuinam merito dicimus.* Regu-  
la enim, ad quam actiones nostras liberas determinare  
tenetur (§. LIV. LV.) dicitur lex naturæ; naturæ  
autem auctor Deus est (per princ. Theol. naturalis)  
adeoque auctor etiam obligationis naturalis (ab auto-  
re enim vim suam habet obligatio) (§. LVI.) E. lex na-  
turæ est lex diuina; per consequens, qui legi naturæ

D 3 con-

conuenienter viuit, legi diuinæ conuenienter viuit.

OBSERVATIO.

Cavendum autem, ne circa actiones tantum legi naturæ conformes subsistamus & in iisdem adquiescamus saluti nostræ tali modo consultum & prospectum credentes, sicuti Naturalistæ vitio hoc laborant; utpote qui actionum ad legem naturæ conformitate contenti ad altiorem perfectionis gradum non adspirant & virtutes christianas spernunt, qui error quam late serpat, nuper rantium demonstratum dede- runt viri doctissimi occasione interpretationis illius friuolæ ac corruptæ Wertheimensis, conf. S. R. REINBECKIVS in Praef. Tom. III. der Betrachtungen über die A. C. nec non Recht. BÜTTNERI Diss. de Insufficiencia rationis ad salutem & Prof. HAGEN Meditatio Philosophica, de expiatione peccatorum, quantum ratio de eadem docet. Naturalistarum autem obiectiones earumque solutionem suppeditat TRIBBLE- CHOVIVS in libello, de *Naturalismo*.

§. LVIII.

Præcepta legis naturæ eo vergunt omnia, ut ea faciamus, quæ bona sunt, & quæ mala sunt omittamus. Lex naturæ voluntatem superioris continet (§. LIV.) adeoque lex diuina est (§. LVII.) E. lex naturæ de diuina nos instruit & certiores reddit voluntate & per consequens numinis summi voluntati nos tanquam inferiores obligat (§. LV.) Deus autem (per principia Theologiae Naturalis) sanctissimus est; adeoque bonum amat & promouet, malumque remotum vult & ablatum a nobis (per def. sanctitat.) E. nobis, tanquam subditis suis nihil unquam imperabit, quam quod bonum est. Omnia ergo

ergo legis naturae præcepta eo vergunt, ut bona faciamus & mala omittamus.

SCHOLION.

Possit hic ad demonstrationem istam illustrandam veterius inquire in rationem præceptorum diuinorum, vtrum ea in voluntate diuina, tanquam imperantis, an in ipsis rebus, prohibitis vel præceptis, intrinsece & obiective, quaerenda sit: quia vero acerbissimæ hic recensendæ essent contentiones & vexationes aliquorum eruditorum, quibus leuem terram precari æquitas iubet postulatque, vnum tantummodo, qui omnium instar esse potest & aliorum naufragia ex littore quasi spectauit, allegabimus CANTIVM in vñ Phil. Leibnit. & Wolf. in Theol. Tom. I. p. 445. sqq.

§. LVIII.

*Facultate adpetitiua inferiore cum superiore luctante homo eo allaborare debet, vt superior inferiorem vincat.* Quando enim facultas adpetitiua superior inferiorem vincit, status hominis perfectior fit (§. XXXXVII.) & contra, status hominis imperfectior fit, si inferior facultas superiorem vincat (§. XXXXV.) homini autem est, eo allaborare, vt omnem imperfectionem euitet & perfectionem promoueat (§. LV. & LVIII.) E. etiam facultate adpetitiua inferiore cum superiore luctante homo eo allaborare debet, vt superior inferiorem vincat. Per consequens studeat, vt auersatio rationalis adpetitum sensituum & adpetitus rationalis auersationem sensituum vineat. (§. XXXXVII.)

§. LX.

*Facultate adpetitiua inferiore o superiore victa felicitas nostra promouetur.* Cognoscimus enim bonum tunc distinete

**XXXII Cap. II de natura & constitutione luctæ huius ardue.**

strictè (§. XXIV.) bonum parit perfectionem (§. XXII.) perfectio voluptate n (§. XXXIX.) voluptas felicitatem (§. LII.) E facultate adpetitiua inferiore a superiori viæta felicitas nostra promouetur.

**§. LXI.**

E lucta facultatis adpetitiua superioris & inferioris bona moralia & physica (strictè sumta §. LII.) nobis conciliare potest & mala talia (§. eod. vi oppositi) consequenter non de nihilo est aut leui manu traçtanda.

**§. LXII.**

Prospiciendum tamen summa cura, ne lucta hoc facultatis adpetitiua inferioris & superioris cum lucta carnis & spiritus, quæ in regenitis deprehenditur & ad Theologiam Moralem pertinet, confundatur. Qua de re iterum egregie B. BVDDEVs in Philos. Practica Cap. II. Seçt. II. §. XX, XXI, XXII. differit & discrimen vtriusque accurato penicillo delineat. Licet negare non ausim, eum, qui solida & curatori doctrinæ huius, licet philosophice tantum speclatæ, cognitione instructus est, non modo discrimen naturæ & gratia melius & accuratius obseruaturum: sed etiam rem suam in palæstra vtraque, non tamen sine auxilio diuino & χριστοῦ ἡμῶν τῷ πνεύματος ἀγίῳ, conjecturum feliciter; vid. BAVM GARTEN II Unterricht vom rechtmäßigen Verhalten eines Christen §. XVIII. Non contemnenda enim & ratio bene ordinata luctæ huic ardore suppeditat subsidia & consilia; licet vires ad ea exsequenda vnde desumere debeat, ignoret. Videamus ergo

**CAP. III.**

C A P. III.

De

*Consiliis & subsidiis pro obtainenda  
victoria.*

§. LXIII.

**E**xstinctio vel remotio adpetitus & auersationis sentiuæ per libera rationis pronunciata dicitur *victoria moralis*. Eadem ergo, qua ad libera rationis pronunciata peruenimus, victoriam moralem consequemur via.

SCHOLION.

Scite de præcipuis huc pertinentibus agit WOLFIUS  
in Phil. Mor. Germ. Part. I. Cap. III. vbidoctrinam de ἐὐδαι-  
μονολογίᾳ optime tradit; vid. etiam HOFFMANN von der Zu-  
friedenheit Lib. I. qui eandem materiam ex luce rationis prin-  
cipiis diserte & cum affectu proponit.

§. LXIII.

Ratio auersationis vel adipetitus in diuerso bonum vel malum repræsentandi modo continetur (§.V, XXV, XXVI.) is autem facultati cognoscitivæ proprius est. E. subsidia, quæ ad emendandam facultatem cognoscitivam faciunt, hic etiam præcipue in censum veniunt.

Aliter: Quia non possumus aliquid auersari vel adpetere sine motu (per pr. Metaphys.) motuum autem dicimus representationem boni vel mali in obiectione quodam obui; representatio ista vero ad facultatem cognoscitivam pertinet (per def.) E. si bonum verum adpetere & malum verum auersari debemus, seu

vi<sup>to</sup>-

XXXIV Cap. III. de consiliis & subsiditis pro. obtainenda victoria.

victores luetæ huius arduæ euadere; de bono & malo conuinci debet intellectus. Vnde prono nisu fluit, non nisi per conuictionem intellectus perfectiorem fieri voluntatem.

§. LXV.

Quia autem non dicimus *conuinci*, nisi de re quædam certi euadamus, seu veritatem illius cognoscamus: cognitionem rerum ad petendarum vel auersandarum, si superiores ex hoc prælio discedere velimus, necessario habere debemus certam (per def.) Id autem fieri non poterit, nisi facultatis cognoscituræ & adpetitivæ partem inferiorem & superiorem, quoad eius fieri potest, emendemus.

§. LXVI.

Facultatis cognoscituræ si emendetur (§. LXV.) viuam parit cognitionem i. e. talem, quæ motiuum voluntatis fit eamque efficaciter ad aliquid agendum impellit; cum ediuersa parte mortua dicatur *cognitio*, quæ hominis animum ad nihil determinatum relinquit.

§. LXVII.

Facultas adpetitivæ si emendetur (§. LXV.) firmum præter reliquos habitus etiam enascitur seu *bonum propositum*, quod ardor est seu seria voluntas bona faciendi & mala evitandi studiosissime; atque diligentissima scopi nostri ultimi, i. e. beatitudinis & prosperitatis (§. LII.) contemplatione non modo alitur; sed etiam corroboratur, ita quidem, ut in promittudinem euadat quam facillime.

SCHO-

SCHOLION.

Habitus iste animi secus etiam *constantia in bono* dicitur, sicuti oppositum eius *inconstantia in bono* recte dici potest, quæ vitium est, firmum facile relinquendi propositum, &c., nisi diligentissime obseruetur, in *inconsiderantiam* degenerare solet i. e. scopi sui vltimi obliuionem; ut & *dominium prauorum cupiditatum* producere, quod Græci ἐπιθυμίαν vocant, ab ἐπὶ & θυμῷ, quod nimurum mens, quasi nebulis quibusdam obducta, in perpetua caligine verisetur nunquam aut ægre ad serenitatem peruentura. vid. SVICERI Theſ. Lingv. Græca ad h. v. & SVIDAE Lexicon Græcum Cantabrigiæ 1705. ex edit. Küſteri ad vocem ἐπιθυμία, vbi dicit, ἐπιθυμία est appetitio a ratione auersa, sub qua hæc species collocantur: σπάνις, μῆτος, Φιλοκενία, σέργη, ἔρως, μῆνις, θυμός. LAERTIVS etiam Lib. VII. Segm. CXIII. ἐπιθυμία estiv ἀλογος ὄρεξ, rectissime tradit.

§. LXVIII.

*Pro confirmingo aue*, si vel inconstantia in bono vel inconsiderantia (§. LXVII.) violatum fuerit, *renouando* hocce proposito *tria* potissimum cum peritissimis morum magistris *suppeditamus subsidia*: serium nimurum felicitatis studium; summam iudicandi dexteritatem; & crebram actionum suarum examinationem, quæ iterum specialiora pro scopo nostro vltimo obtinendo continent & ostendunt adminicula.

§. LXVIII.

*Primum*, cuius ope in palæstra nostra coronantur athletæ serium est *felicitatis studium*, quod, quia perfectionem hominis qua internum & externum statum pro

XXXVI Cap. III. de consiliis & subsidis pro obtainenda victoria.

scopo habet, (per def. coll. §. LII.) in eo potissimum consistere debet, ut viuam finis istius supremi & remedium (seu finium intermediorum) habeat cognitionem. Nemo aliquid vult, nisi vel sensu, vel intellectu representatum; vel utroque perceptum ut bonum. Quo maior itaque rerum perspicientia, i. e. ratio, quo distinctior earum consideratio; eo magis excolitur virtus, tanquam finis intermedius ad finem ultimum, qui felicitas est. Ita cum celeberr. C A N Z I O philosopharum ad ductum libri nuperime editi: Disciplina moral. omnes &c. §. 620.

§. LXX.

E. nulla virtutum intellectualium sine detimento carere potest luctam nostram tentaturus.

SCHOLION.

Idem indicare voluerunt poetæ fabula illa de Hercule in biuio constituto, de quo PERSIUS Sat. V.

Cumque iter ambiguum est & vita nescius error  
Diducit trepidas ramosa in combita mentes.

& TULLIUS Lib. I. de Officiis, qui locus dignus nobis, ut aliqua ex parte exsriteretur, visus est. Hercu' em, Cicero inquit, cum primum pubesceret, exisse in solitudinem: atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset: Hoc Herculi, Iouis satu edito, poruit fortasse contingere: nobis non item, qui imitamur, quos cuique visum est atque ad eorum studio institutoque impellimur &c.

§. LXXI.

§. LXXI.

*Alterum, quod in arenam descendantibus suppetias fert, momentum, iudicandi diximus dexteritatem i. e. habitum ipsas rerum relationes seu finium intermediorum cum ultimo & supremo conuenientiam & disconuenientiam perspiciendi; & quidem, quo magis exploratum & perspectum habemus, quæ actiones ad perfectionem nostram spectent, quæ minus: quo solertius casus circa negotii cuiusdam exsecutionem exstitutros ponderamus: quo magis subsidia excogitata negotio patrando accommodata sunt: quo certius omnia impedimenta prævidentur, præuisa remouentur: denique quo cautijs & circumspectius singula conficiuntur: eo maior & perfectior erit ista iudicandi dexteritas.*

SCHOLION.

Hunc in modum & hac de re CANZIVS in libro modo laudato § 657. elegantissime de speciali erga intellectum officio ita differit. Sapientia maxime de actionibus felicitari subordinandis iudicatur. Actiones felicitati non possunt inseruire, nisi de earum intrinseca honestate certus sis. Actionum honestas ex lege aestimatur, quæ propositionem generalem format. Præsens autem actio rem facti offert. Vbi factum, ad quod generalis regula applicatur: ibi Syllogismi propositio maior & minor: ibi & scientia, quæ Syllogismis nititur, idea. Nititur nimirum omnis ista ratiocinatio utilissimæ illi observationi, in conscientia perfectum delitescere Syllogismum; scilicet συνθέσιν, συνεδρία & συμπέποσμα, quæue dexteritatem iudicandi facultatem inuoluit.

§. LXXII.

*Tertium luctantium subsidium crebram diximus*

E 3 esse

XXXIX Cap. III, de consiliis & subsidii pro obtainenda victoria.

esse actionum suarum examinationem & quidem ita institutam, ut tempore matutino animo ab omnibus curis & molestiis vacuo totius diei aetate definiamus & constanti animo perficiamus: vespertino autem peruestigemus, quanta propositum nostrum cuperit aut incrementa, aut decrementa.

SCHOLION.

Quantas examen istud secum ferat utilitates, iam Pythagoras cognitum habuit & perspectum; is enim in aureis suis carminibus id sequenti modo commendat:

Μηδὲ ὑπογεν μαλακοῖσι ἐπὶ ὅμμασι προσθεξάτω  
Πάν τὸν ἡμέραν δέργον τὴς ἔνθετον ἐπειδὴν  
Πᾶν παρέβην; τι δὲργός; τι ποι δέον ὅντι ἐτελέσθι,  
Αρξάμενος δὲ ποτε πρώτος ἐπέξι. καὶ μετέπειτα  
Δεινὰ μὲν ἐπεργίας ἐπιπλήσσει. χειρὶ δὲ τέρπε  
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμέλεται. τέτων χεὶς ἐργάσθηται.  
Ταῦτα τε τὰς θείας ἀργεῖς εἰς ἵχνα θῆται.

de quo examine tersam conditam esse recordor a ROTHIO dissertationem, cuius praecipua momenta exhibentur in Tom. I. der gründlichen Auszüge aus den neuesten Theologisch, Philosophisch und Philologischen Dissertationen. WOLFIVS etiam id summopere commendat in den vernünftigen Gedanken von der Menschen Thun und Lassen sequenti ratione §. 173. Damit wir aber diese Untersuchung, de examine conscientiae loquutus pergit, nicht leichte ausschēzen, so ist rathsam, daß man eine solche Zeit dazu erwehle, da man nicht allein von andern Berichtungen am wenigsten gehindert wird: sondern sich auch dieses Vorhabens am bequemsten erinnern kann. Weil nun diese Umstände sich bey der Zeit befinden, wenn wir des morgens aufwachen, oder des abends schlafen gehen: so werde ich hoffent-

hoffentlich keinen unrechten Rath erscheinen, wenn ich folgende Regeln vorschreibe: 1) wenn man frühe erwacht, soll man bedenken, was den Tag über nothwendig zu thun ist, und was durch dessen Veranlassung sonst etwas noch vors fallen kann. 2) Hierauf soll man sich bemühen zu untersuchen, was eine iede von diesen Handlungen zur Vollkommenheit unsers innerlichen und äußern Zustandes beytragen, oder auch, wie sie vielleicht selbiger nachtheilig seyn kann. 3) Wenn man schlaffen gehen will, soll man sich auf alles besinnen, was man den Tag über gethan und unterlassen hat, und endlich 4) untersuchen, wie viel wir dadurch zu Erhaltung unserer letzten Absicht beygetragen. Possem hic adnotare, quae de examine conscientia Christiana præcipiuntur: sed alium forte aliquo tempore fore credo locum, ubi pro materiæ huius dignitate ex instituto de eadem agere facultas erit & otium.

§. LXXIII.

Cum vero momenta ista omnia habitus sint & perfections partim intellectuales, partim voluntatis, (per pr. Psych.) *indefessam ea exercitationem postulare* nobis etiam non monentibus quiuis intelliger, dulcem tamen & summa suavitate conditam, cum virtutis nihil *deterstabilis*; statu prauorum hominum nihil *miserius*; summæ autem beatitudinis ac prosperitatis possessione & fructu nihil *incundius* sit & *amabilis*.

§. LXXIV.

Sed pugna, quæ hoc usque ineunda fuit, velitatio potius dicenda, quam pugna: nunc virtutis alumna cum *sensibus imaginatione, phantasia & affectibus* in aciem descendendum & congregendum cum occultis, quas in imo pectoris fouet, cupiditatibus atque tam diu collutandum, donec in plenam adserta libertatem voluntas triumphet.

SCHO-

SCHOLION.

Audiamus de pugna hac EPICETVM apud ARRIAN. Diff. Lib. II. Cap. XVIII. differentem. Is vere est studiosus, qui se contra tales phantasias (vanas autem & inane prauorum illecebras recensuerat) exercet. Consiste miser, ne te auferat imaginatio. Magnum certamen est, diuini operis functio, de regno certatur, de libertate, de felicitate, de tranquillitate animi. Memineris Dei, illum inuoca auxiliatorem, ve solent nautae in tempestibus inuocare Castrorum & Pollucem. Cum quo plures consentiunt, licet divino lumine non collustrati, quos accurate recenset PASCHIVS in Libro, de variis moralia tradendi modis. Satisfiet etiam lectoris desiderio in HASSENII Synopsi scientiae de prudentia morali vniuersa & in GENZKENII Phil. Practica, ubi illa etiam occurunt, quae nobis tanquam meliora a Deo ipso edoctis hanc re conueniunt ad certamen hoc bono omine finiendum.

§. LXXV.

Ne exemplis careat nostra demonstratio, facundissimum citabimus C V N A E V M in Oratione X. ita de Neronе in palæstra hac ad incitas redacto orantem: *Toli cum esset ingenio, subita iuuenem sui cepit obliuio. Pro continentia libido, pro lenitate fæuita & plus quam ferina immunitas animum eius perusare. Tandem cum deos hominesque testes ac vindices facinorum timevet, eo se perductum sensit, ut non liceret mutore mores. Perseuerandum fuit; nec ad meliora patebat regressus. Scelerata enim sceleribus tuenda erant; infelicissimus autem est, cui ion esse molo necesse est: iam enim libertatem amisit. Lysimachus olim sui viclus se & exercitum suum Getis in manus dedit; dein, deditio facta, cum bibisset, exclamauit miserum se, qui tantilla voluptatis gratia tam regnum amisisset. Idem Neroni dicere licet. Vbi enim animi*

*animi prauis adfectibus semel morem gessit, & ad scelera pro-  
lapsus est, non potuit denuo ad virtutem remigrare. Quod in  
omnes verum suarum parum prouidos auctor facundissimus di-  
ctum voluit.*

§. LXXVI.

*Attentio* facultas dicitur efficiendi, vt ex perce-  
ptione totali partialis quedam reliquis omnibus clarior  
sit, eaque, si in totius perceptionis partes successiue  
dirigatur, *reflexio* dicitur. Vtraque harum faculta-  
tum sicuti exercitatione augeri potest ad gradus vsque  
eximios (per exp.): ita per sensus (§. X.) phantasiā  
& adfectus (§. XXIX.) non modo turbari: sed etiam  
debilitari potest. Turbatio autem & debilitatio atten-  
tionis & reflexionis confusas parit & indistinctas rerum  
repræsentationes (per pr. psych. emp.) ista iterum ad-  
petitum & auersationem sensituum (§. XXIV.) & qui-  
dem pro diuersis vehementer sua gradibus (§. XXXI,  
XXXII.) diuersam; quæ inclinationes & reclinations  
vt confusæ, euitandæ sunt & supprimendæ a facultate  
adpetitiva superiore (per demonstrata Cap. II.) E.  
cum sensibus, imaginatione & adfectibus colluctandum  
etiam erit virtutis alumno.

§. LXXVII.

Repræsentationes falsæ a sensibus dependentes, &  
quidem vel sensationes ipsæ, vel ratiocinia ex sensatio-  
nibus formata dicuntur *fallacia sensuum*. E. fallacias sen-  
suum oppugnet virtutis studiosus necesse est. Cum  
vero sensationes ipsæ, positis omnibus ad sentiendum  
requisitis, fallere nequeant (per pr. psych.) ratioci-  
nia inde formata potissimum examinanda erunt atque

F

viti-

XXXXII Cap. III. de consiliis & subfidiis pro obtinenda victoria.

vitiū vel in forma vel in præmissarum vna deprehendetur.

§. LXXVIII.

Imaginatio cum facultas sit ideas rerum absentium denuo producendi (per def.) facile nobis malum sub specie iucundi, honesti vel utilis & vice versa bonum sub specie molesti, indecori & damnoſi ſuggerit: adeoque appetitum vel auerſationem ſentiuam excitat (§. XXIV.) vterque caſus autem materiam luſtæ ſuppeditet (§. XXXVIII. & XXXX.) ſequitur imaginationi etiam frenum eſſe iniiciendum & coercendam eam quam foliariſſime.

SCHOLION.

Quantum corrupta imaginatio detrimenti ferat, in vado eſt & ſexcentis illuſtrari poſſet exemplis, quæ rempubli- cam ſacram & ciuilem tam diu turbarunt diuexaruntque, do- nec eiiceretur ſentia talis & remoueretur aut ſæculari bra- chio, aut morte, cuius farinæ hominem DIPPELIVM fuſſe, ardeſionem illum ſub nomine CHRISTIANI DEMOCRITI famigeratissimum, auctor continuationis Historiæ Eccleſia- ſtice Heinrianiæ, quæ Ienæ prodiit, in Continuatione quin- quennii primi recte teſtatur pag. 1295.

§. LXXVIII.

Ad opprimendam eam autem ſequentia ſupperiora ferentia consilia, vt a) veras rerum olim habitarum ideas nobis in mentem reuocemus earumque moralitatem intrinſecam &, quia omnes hominum actiones connexæ ſunt, effectum perlustremus, qui ſi legitimus fuerit & ſalutariſ, ulteriore cognitionis illius perfectionem queramus; ſi vero noxius & multorum malorum cauſa, an- guem

guem in herba latentem fugiamus: β) vt perlustratis ita & examinatis representationibus nostris filum eorum quam celerrime abrumpamus atque ad meliora mentem adplicemus & γ) otium, quo plerumque sese idearum de vitia suavitate oblectare miserri solent mortales, ob præclaram illam & præstantissimam mentis nostræ, quæ nunquam otiosa esse potest, indolem summa cura euitemus.

SCHOLION.

Antiquissima, sed verissima etiam est paroemia Græcorum: τῷ ἀργεῖν καὶ τῷ χολόζειν ἐπεδρυ ταλάστραι πολυπειρημονέν.

§. LXXX.

*Idem etiam, immo rigidius & pertinacius, cum adfectibus ineundum est certamen.* Cum enim adfectus non modo ex confusis rerum representationibus orientur; sed confusionem etiam in mente producant quam maximum (§. XXIX.) vtrumque autem lege naturæ prohibutum sit, quia statum nostrum deteriorem reddit (§. LVIII, XXII.) adfectus etiam sub imperium redigendos esse sua luce radiat.

§. LXXXI.

*Adfectus diuersos vebementiae admittunt gradus.* Philosophi morum præcepta tradentes eorum tres consti-tuunt classes; scilicet *propensionem*, in qua se mens pas-sive tantum, *consensum & imperum*, in quibus se mens a-ctiue habet; atque iterum vel ut nascentes, vel ut robu-stiores considerari queunt: vtrisque autem antidotum aliquod præparabimus.

§. LXXXII.

*Propensio seu inclinatio* hic denotat, quidquid animo nostro sine praevio exercitio inexsistit & potentiam agendi adquirere potest; dicitur etiam *dispositio naturalis*, cui praevio exercitio vel repetitione actuum simili-  
um *promitudo* respondet; sicuti actus dissimiles *difficul-  
zatem* ogendi seu *desuetudinem* producunt. Propensio ista in obiectum si, non habita boni vel mali in eodem ob-  
ui ratione, adprobetur, *consensum* parit, qui facillime in  
*imperium* degenerare potest; si nimirum propensio &  
consensus celeriter cum desiderio complementi coniun-  
gantur.

§. LXXXIII.

Propensionem talem ad patranda legi naturae con-  
traria in omnium hominum praecordis deprehendimus, qua tantum *ratione temperaturae sanguinis, educationis, conuersationis, consuetudinis, aetatis* diuersis se-  
modis exserit aut fomitis instar & ignis fauilla recti in pe-  
tore nutritur magnum data occasione incendium ex-  
citatura.

SCHOLION.

Quod Philosophice hic & proletarie tantum a nobis delineatum proponimus momentum, Theologice alter &  
maiori cura tractandum est, utpote, ubi origines propensi-  
onum malarum & altissimae, quas egerunt, radices cum subsi-  
diis eas euellendi sufficientissimis praescribuntur, vid. BAVM-  
GARTENII Theol. Moral. Cap. IV. §. 45.

§. LXXXIII.

*Suppresso propensionum possibilis est ergo suppressione  
consensus & impetus facilior.* Cum enim animus in iis se-  
se passus tantum habeat (§. LXXXI.) & promitudine  
qua-

quadam adquisita per repetitionem actuum dissimilium difficultas agendi seu desuetudo oriatur (§ LXXXII.) ea autem obtenta propensio suppressa sit: propensionum suppressionem non modo possibilem: sed etiam suppressione consensus & impetus faciliorem esse in aperto est.

§. LXXXV.

*Modus autem suppressionis buius commodissime & per compendium veluti fit per representationem contrarii, atque ut omnes nostræ propensiones suspectæ nobis videantur & taxandæ tamdiu, donec eas cum fine nostro ultimo & capto bono proposito comparemus. Quia comparatione instituta aut bonas aut malas deprehendemus propensiones nostras easque vel seque mur vel supprimemus.*

§. LXXXVI.

*Suppressione consensus etiam possibilis est; sed difficillior suppressione propensionum. Cum enim consensus in animo nostro actiue se habeat (§. LXXXI.) adeoque relutantibus etiam nobis contrarios excitare queat habitus, qui produciuersis suis gradibus vehementiores sunt; iis autem resistere difficultas sit, non tamen tam magna, ut plane superari nequeat; contrariis potius habitibus, licet maiore vi & tempore longiore, suppressima: suppressionem consensus etiam possibilem; sed suppressione propensionum difficiliorem esse demonstratum est,*

§. LXXXVII.

*Suppressione impetus etiam possibilis: sed difficillima omnium est. Cum enim & in eo animus sese actiue habeat (§. LXXXI.) insuper propensio & consensus in eodem*

concurrant & celerrime cum desiderio complementi coniungantur (§. LXXXII.) atque ob copiam representationum simultanearum maxima in animo confusio oriatur (§. XXIX.) multis autem resistere magis arduum sit, quam vni: omnium difficillimam suppressionem impetus esse euictum est.

§. LXXXVIII.

Eadem affectuum nascentium vel iam robustiorum (§. LXXXI) ratio est. *Nascentes* supprimere conducterunt, antequam iis delectetur animus aut ad impetum peruerenterint. Si autem vires iam adquisuerint & robustiores facti fuerint, sequentia obseruantia neminem peccitebit; α) vt feruescence tali in animo aestu mora quædam ad attentionem & reflexionem adhibendam interponatur β) vt sibi ipsi vim inferat constitutus in tumultu rati mortalisi, ne in eo aliquam actionem suscipiat, sed quidquid occurrit, potius suspendendum censeat; & γ) desuiente tempestate in cauissam, quæ tantos motus excitauerit, inquirat; vbi plerumque se ipsum inconsiderantæ aut aliis cuiusdam vitii reum deprehenderet.

SCHOLION.

Per placuit nobis, quod veterum non nemo alteri irato dedisse fertur, consilium; scilicet, ne quid ageret antequam alphabetum Græcum recitasset. Nec non illud SOCRATIS seruo dicentis: *Caderem tu, nisi irasceret.* Legi meretur & SENECA de Ira Lib. III. Cap. XII. *Maximum, inquietans, remedium iræ dilatio est;* vñ primus eius feruor relanguescat & caligo, quæ premis mentem, aut residat, aut minus den-

densa sit. Quædam ex his, quæ te præcipitem ferebant, horæ non tantum dies mollier : quædam ex toro euangelient. Si ita hoc erit perira aduocatio, adparebit iam iudicium esse non iram. Quidquid voles, quale sit, scire, tempori trade, nibil diligenter in fluctu cernitur. Quod de adfæctu iræ præstantissimus iste morum præceptor tradit, in omnia quam re-ctissime quadrat adfæctuum genera.

§. LXXXIX.

Quare coronidis loco id tantum, quod olim de Parthis dicebatur, quod nimirum fugiendo vincerent, ad omnes animi motus feliciter compescendos serio commendamus virtutis studiosis & occasiones aliasque illecebras fugiendo æquo eos Marte arduum hoc negotium prosperrime conjecturos esse confidimus.

SCHOLION.

Conspirant cum hac cautela nostra aurea illa EPICTETI verba: Αὐτοὶ δέ τινες ἔργα δίβασαι, εἴδι εἰς μηδένα οὐγάροντα βαθύνειν, ὃν ἐπειχεῖτο τοι νυκτόταξε. Non possumus etiam, quin, cuius testimonii lubentissime utimur, HIERONYMI FREYERI, Inspectoris & Praeceptoris mei parentis instar pie venerandi, citem Programmata pag. 449. & 605. sqq. in quibus consilia quam maxime salutaria & probatissima, ad rem nostram etiam optime facientia inueniuntur.

§. LXXXX.

Claudimus igitur opellam hanc pæne extemporealem

**XXXXIIIX Cap. III. de consiliis & subsidis pro obtinenda victoria.**

ralem suppeditatis, quæ ex ratione peti queunt & ad-  
hiberi (quo autem successu, nunc non disquiremus)  
subsidiis consiliisque : alia, *præstantiora & validiora*,  
quæ ex perfectionibus diuinis, ex opere redemptio-  
nis per Sosipatorem nostrum benignissimum præsti-  
tae aliisque virtutibus & officiis christianis peti pos-  
sunt & debent, subsidia alii, si DEVS vitam & vires  
largitus fuerit, & loco & tempori reser-  
uantes.

**S. D. G.**



**MNENO.**

MNEMOSYNON  
AMORIS ET OFFICII  
VIRO  
*CLARISSIMO, NOBILISSIMO,  
DOCTISSIMOQUE*  
**IOANNI BRVCKNER**  
SVMMOS PHILOSOPHIAE ET ARTIVM LIBERALIVM  
HONORES ACADEMICOS  
IN  
*ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA*  
EX MERITO CAPESENTI  
ERECTVM  
AB  
AMICIS EIVS INTEGERRIMIS  
HALENSIBVS ET WITEMBERGENSIBVS.



PROPERTIVS Lib. III. Eleg. I.

Nam neque pyramidum sumtus ad sidera ducet  
Nec Iouis Elæi cælum imitata domus.  
Nec Manofeli dñes fortuna sepulchri  
Moris ab extrema conditione vacat.  
Aut illis flamma, aut imber subducet honores  
Annorum aut istu pondera vixta ruent.  
Aut non ingenio quæfirum nomen ab aeo  
Excidet: INGENII STAT SINE MORTE DECUS.

---

**M**Vsa felicem facilemque venam,  
Largiter fusos latices Hyantis,  
Omnibus rectum numerisque plenum  
Suggere carmen.

Tange tu neruos citharæ sonantis  
Atque phœbeum modulamen adfer,  
Verba, quæ cantus redolent amico  
Carmine dignos.

Dignus illustres hodie meretur  
Laureas noster gracilique fronde  
Nunc coronandus meritos honores  
Sumit amicus.

Vota Salanis per amica Musis  
Iungit & læta facie salutat  
Docta BRVCK NERI sapientis ora  
Ductilis Albis.

Hospites vires Heliconis omnes  
Colligunt, lætis manibusque plaudunt  
Atque tam caro capiti coronam  
Sertaque necunt.

Serta non pigris studiis parata,  
Parta constanti serie laborum,  
Parta non paruis leuibusque curis  
Læta brabæa.

Sic decet sacrâ operam nauare  
Litteris, rectam placitis Sophorum  
Optimis mentem dare percolendam,  
Præmia confert.

Præmium veri sapienter, atque  
Mente subtili placidaque lecti:  
Præmium iusti, meritum bonique  
Perbene culti.

Scilicet sanctus pietatis ardor  
Atque virtutis studium perenne  
Clara cultori cupido propinat  
Munera mentis.

Dignitas, cultus, decus atque fama  
Nominis grati celebrisque tales  
Ornat & iustos sequitur labores  
Gloria iusta.

Hæc TVVM munus pariter putamus:  
Has TVAE fronti pariter paramus  
Laureas, myrthos, hederasque lætas  
DOCTE MAGISTER.

Docte, quem septem studio per annos  
Sacra Musarum coluisse magno  
Optimi turis cumulo Salanis  
Constat Athenis.

Constat. Hinc verum pretium paratur.  
Ipsa TE virtus, studiumque recti,  
Candor insignis, labor atque feruor  
Improbis ornant.

Sique doctrinæ reputetur amplæ  
Ambitus: certe TIBI iure summo  
Splendidas confert tribuitque lauros  
Nostra Thalia.

Cuius ardori pia coniugamus  
Vota, TER SANCTVM precibus rogantes  
NVME N, vt nomen beet & secundet  
BRVCKNERIANVM.





Göttingen, Diss., 1739 (1).



Sb

v7n8



B.I.G.

Black

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



4.  
7  
39  
6.

MEDITATIONES PHILOSOPHICAE  
DE  
**L V C T A**  
FACVLTATIS ADPETITIVAE  
INFERIORIS ET SVPERIORIS

Q V A M  
*NVTV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS*

537  
PRAESES  
**IOANNES BRUCKNER**  
PHILOSOPHIAE ET AA. LL. MAGISTER

PUBLICAE ERUDITORVM VENTILATIONE

H. L. Q. C.

SVEIICIT

DEFENDENTE

**IOANNE PAVLO VINHOLD**

GEDANENSI.



WITTEBERGAE MDCCXXXIX.

